DICTIONARIVM
MALAICO-LATINVM
&
LATINO-MALAICVM.

CVM ALIIS QVAMPLVRIMIS quæ quarta pagina edocebit.

Opera & ſtudio

DAVIDIS HAEX.



ROMÆ,
Typis & impenſis Sac. Congr. de Propag. Fide.
MDCXXXI.
SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur si placet Reuerendiss. P.M.S.Pal.Apost.

A. Episc. Bellicastren. Vicesg.

Imprimatur

Fr. Nicolaus Riccardius S. Pal. Apost. Magister, Ordinis Prædicatorum.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.
PRINCIPI
FRANCISCO
S. R. E. CARDINALI
BARBERINO

DAVID HAEX F.

HOc verò, Cardinalis excelse, Batauorum nobis sagacitas famulata est, quæ dum alium in scopum, quicumque ille sit, collimat, nobis ad propaganda Catholicę veritatis semina, & prouehendos in extima terrarũ diuini cultus triumphos, viam aperuit expeditiorem. Concinnauerãt illi Lexicon hoc ad Indicarum vocum notitiam; sed vsibus suis inseruientes, vocabula apposuerant Belgica: visum est Tibi, cæterisque Patribus promouendę rei Catholicæ Pręposítis, operæpretium fore, si Belgica Latinè conuerterentur: quam ego prouinciam suscepi libens, tũ quòd publicè laborem hunc meum profuturum cernerem, tum quòd scirem me rem gratam factu-

rum

rum Tibi, nimirum Principi, & principalibus virtutibus lucenti, cui placuisse non infima laus est. Imò & mihi hoc nomine gratulor, quod sic erga Te gratus esse incipiam. At quænam hæc tam parui muneris ad beneficiorum in me tuorum magnitudinem proportio? Adfero quod habeo; neque riuuli fluminibus, aut flumina mari parum ferre dicenda sunt, dum ferunt quod possunt. Vale.

LECTORI

Vocabula non prout scribuntur & connectuntur, sed prout pronuntiantur, hic describuntur.

Dictionum syllabis, vbi opus fuit, quæ produci debent, accentus apponuntur.

In calce Dictionarij Malaico-Latini adiunctæ sunt Lusitanicæ & aliquot Tarnatanicæ dictiones, quæ valde sunt communes & vocabulis Malaicis in Insulis Amboyna, Banda, Iaua, & Moluccis intermiscentur.

Item aliquot loquendi modi valde necessarij & vtiles ijs, qui Linguam Malaicam, prout in prædictis locis effertur, addiscere volunt.

Præterea ob Malaicorum vocabulorum penuriam, periphrastica quædam, exempli causa, sunt annexa.

Postremò diuersæ obseruationes Grãmaticæ non tantùm vtiles & inseruientes facilitati & claritati, sed etiam maximo discentibus commodo futuræ.

DICTIONARIVM MALAICO-LATINVM.

A.

ABis. *Nihil supereſſe, vel reſidui eſſe denotat.* Maccan abis. *Omnino peredere. Item quid ad finem eſſe perductum.* Abis cardja itou. *Quādo quid actum vel factum eſt.* Souda jadi abis. *ibi nihil amplius deeſt.*

Abou. *Puluis. Item cinis.*

Acal, acal-boudi. *Solertia, induſtria, ingenium.*

Acar. *Radix.*

Achir. *Vltimò, quando quid ſub finem pene eſt redactum.*

Aco. *Ego.*

Adapan. *Ante. Videlicet ante alicuius aſpectum.* Bedjalan caadapan. *antrorſum, melius ante exire.* Adapon. *Sed, vel tamen.*

Adat, *vel* Eſte-adat. *Conſuetudo, vſus.*

Adda. *Habere. Item eſſe. Prout ſenſus ſonat.*

Ade. *Iunior frater, vel ſoror. Dicitur etiam.* Caous itou pounja àde. *iſti calceo ſimilis, vel aſſimilis eſt.*

Adjar. beradjar. *Docere, erudire.*

Adil. *Sincerus, ſtrenuus.*

Adjou. *Blaterare. Item accendere animo, inſtar duorum canum contra ſe inuicem latrantium.*

Adòy. *Væ mihi.*

Adou, *vel* mengadou. *Culpare, accuſare aliquem.*

Agamma. *Religio, fides.*

Agar. *Vt, quatenus, quo.*

Ayam. *Gallina.*

Ayam-cambiri. *Capo, gallus, ſpado.*

Ayam-capang. *Pullus.*

Ayer. *Aqua.*

Ayer-matta. *Lachrymæ.*

Ayer-paſſang. *Aqua accreſcens.*

Ayer-ſourot. *Aqua decreſcens.*

Ayer-maſſing. *Aqua ſalſa.*

Ayer-mauvvar. *Aqua roſacea.*

Ayer-tauvvar. *Aqua recens.*

Ayer-ſouſou. *Lac.*

Ayongan, *vel* boya-boya. *Cuna*

Ala. *Superare.*

Alàmang. *Via regia.*

Alam. *Vniuersus mundus, quoad cœlum, & terram. Est tamen etiam in vsu quoad comprehensionem certarũ regionũ. Hinc dicimus* Radja itou pounja àlam *Regiones, quæ tali Regi subsunt.* àlam atas angin. àlam baua angin. *&c.*

Alàmat. *Signum, quo quid obseruare, vel aduertere possumus.*

Alalìpa. *Vermis.*

Alas. *Id quod alicui rei supponitur, vt quid aliud superimponatur. v.g. quod asseres, vel storeæ supra pauimentum ponantur, vt oriza vel similia illi superimponantur.* àlas-caki, *fulcrum, vel scamnum pedum. Sic dicimus auem per aera volare sine vllo* àlas. *idest sine vllo adminiculo, cui innitatur.*

Alepà. *Negligere, posthabere. Itẽ prætergredi.*

Alìa. *Zimgiber.*

Alim. *Sapiens, circumspectus.*

Alla, *vel* alla-te-alla. *Deus.*

Alou. *Pistrinum.*

Alouwan. *Prora. Si quando quid venire, vel accidere debere, denotare volumus, tunc metaphoricè dicimus.* Adda de alouwan.

Alous. *Purus, putus.*

Alouwijs. *Miluus.*

Amàra. *Exacerbatum esse. Item iracundia.*

Amat. *Nimis, nimis quam, per quam.*

Amba. *Ego, me, nos.*

Ambil. *Adferre. Item capere.*

Ambour. *Spargere, dispergere.*

Amis. *Male olens, id quod ignis aggreditur.*

Amòc. *Est in vsu. Si quando quis non sanæ mentis, vel omnino desperatus, in interitum se præcipitat. Item significat opprimere, occidere, inuadere, oppugnare, &c.*

Ampas. *Flagellare.*

Ampar. *Sternere, veluti stoream tendere.*

Ampat. *Quatuor.*

Ampat-poulo. *Quadraginta.*

Ampèdal. *Stomachus.*

Ampedàs. *Hepar.*

Ampedòu. *Bilis, fel.*

Ampa. *Vacuus, vel inanis.*

Ampir. *Apud, vel prope.*

Ampon, berampon. *Ignoscere alicui malefactori. Est etiam in vsu pro amoto, repulso.*

Ampounja, *vel* pounja. *Possidere.*

Anac. *Masculus, vel femina. Item applicatur omnium animalium pullis. Quando autem masculum, vel feminam denotare volumus, tunc exprimimus* anac làki laki.

Anac. *Hoc modo etiam inseruit*

anac

anac contsji. *Clauis*. anac berisso. *Cubiculum Basii*. anac-pana. *Sagitta* anac-pislang. *surculus arboris Bonannes, qui ex radice prodit*. anac dara. *Virgo*. anac-piatou. *Orphanus*.

Anam. *Vel*. nam. *Sex*.

Anca. *Nota arithmetica, vel numerus arithmeticus*.

Ancat. *Attollere, sublimare*.

Ancatan. *Classis naualis*.

Ancot-cayou. *Lignum ex silua, vel aliunde deferre*.

Ande-ànde. *Per similitudinem, vel exempli gratia*.

Andjing. *Canis*.

Anga. *Irridere. Veluti quid cui promittere, & minimè dare*.

Angan-angan. *Cogitatus, cogitationes*.

Angin. *Ventus*.

Angin-rimbout. *Procella*.

Anghor. *Vinea*.

Angor. *Est melius præstat, veluti*, angor beta bedjalan de fanna. *Præstat me eò ire*.

Angat. *Calidus, vel id quod igne calefit. Veluti sibi calidi*.

Angos. *Ardere, & dicitur solummodò de eo quod est incensum; vel quod per vstionem consumitur. Nam aliquid accendere denotat* baccar.

Angeou. *Tu*.

Anjaya. *Violentare, opprimere*.

Anjeat beta. *Meæ recordationis*.

Anjot. *Supernatare, fluctuare. Dicitur vicissim* beta hasi anjot. *inquieto sum corde*.

Ansa. *Anser*.

Antang. *Instrumentum, quo contunditur oriza*.

Antar. *Ducere. Item adferre*.

Antàra. *Medium, inter*.

Anti-benang. *Nere stamina*.

Antelè. *Iugulus*.

Antimon. *Et*, timon, *cucumer*.

Antat. *Offerre*.

Antoc. *Somnus*.

Antsjor. *Friatum. in puluerem redactum. Item liquatum*.

Aous. ber-àous. *Sitire*.

Appa. *Quid*. appa itou? *quid hoc est?*

Arang, mengarang. *Lapides*.

Arang. *Pruna extincta*. cayou-arang. *Ebenus*.

Ari-ari. *membrana, vel vesica*.

Aringan. *Leuioris ponderis*.

Arimou, *vel* mantsjang. *fortè tigris*.

Arrhàm. *Minari*.

Aros. *Fluxus, æstus*.

Arou priot. *Tangere leuiter poculum*.

Arta. *Vide*. harta.

Arti. *Interpretatio alicuius. Inde* mengarti, *intelligere*. mengartiàcan, *certiorem facere, vel explicare*.

Aſſa. *Acuere.*
Aſſal. *Origo, progenies.*
Aſſam. *Acidus.*
Aſſam-java. *Genus fruticis, latinè tamaricæ.*
Aſſara, *vel* waƈtou aſſara. *poſt meridiem.*
Aſſap. *Fumus.*beraſſap *fumare.*
Aſſar. *Aſſare.*
Aſil. *Prouentus alicuius, vel iura, quæ alicui obueniunt, reſpectu portorij, & ſimilium.*
Askyt. *Voluptas, delectamentum. Item vſurpatur* dia bermayin aſkyt. *Ludētem magna cum voluptate quis ita conſpicit.*
Aſtana-radia. *Aula, regia.*
Atal. *Sandaraca.*
Atap. *Tectum.*
Atas. *Supra.* atas pada dia, *ad ipſius onus.* ataſacan pada dia. *illi committere.*
Attau. *Vel, ſiue.*
Ator. *Iungere, aptare, ſociare.*
Auang. *Indicium alicuius euentus, vel præſagium.*
Auang-angin. *Procella.*
Awal-partàma. *Primum æuum mundi.*
Awang, *vel* noang. *Nubes.*
Awàs. *Primò.*

B

BAbal-hàti. *Sine intelligentia, vel ſcientia, obtuſus.*
Babàlou. *Ad quærendum victum ire.*
Babanta. *Rixari, altercari.*
Babbi. *Porcus.*
Babbìging. *Lardum.*
Bacal. *Comeatus, annona.*
Bacattàhan. *Dictio, vocabulum.*
Baccar. *Accendere, vel comburere. Nam* angos *dicitur de eo, quod per incendium conſumitur.*
Baccat. *Spectantia ad maris vſum fortè.*
Bacol. *Corbis textilis.*
Bacoucol. *Verbis varijs in emptione mercium vti.*
Baƈti, *vel* baƈtian. *Beatitudo. Item virtutes denominantur* baƈtiàn. *Veluti miſericordia, liberalitas.*
Badac. *Rinoceros.*
Bàdang. *Corpus.*
Badjo. *Veſticula, quæ ſuperiori thoraci annectitur. Si quando autem dicitur* orang badjou, *inhabitantes lembos, cymbas, & lintres, denotat, abſque eo quod ciuitates, pagum, vel domum terreſtrem incolant.*
Badiri. *Stare, conſiſtere.*
Bàgi-bèrbàgi. *Partiri, diuidere.*

Bagiàn. *Pars, vel portio.*
Bagi, bagimanna *Ac si, quasi, iuxta, ac.*
Bagien, *vel* bagini. *Sic.*
Bagòurou. *Irridere, subsannare.*
Bahou. *Humeri.*
Bayang-bayang. *Vmbra hominis, vel bestiæ.*
Bayar, membayar. *Soluere.*
Baic. *Bene. Item bonum.*
Baiki, membaiki. *Meliorare, reficere. Quando ad homines refertur, tunc eosdem in meliorem statum redigere denotat.* Baiki, *præterea quidpiam instruere, ornare, & instaurare significat.*
Baicòle. *Metacilla. Motaphoricè hominem, qui huc, & illuc transcurrit, & quasi auolat, denotat.*
Bala. *Subditi. Item vsurpatur quando hominem priuatum, vel ciuem exprimere volumus.*
Balaccan. *Dorsum, tergum.* Nang de balàccan. *pro aliquo elapso, vel præterito dicitur.* Tarou de balàccan. *aliquid lubens obliuisci, vel saltem non refricare.*
Balanga. *Olla, vel padella.*
Balanja. *Expensæ quotidianæ ad alendam familiam necessariæ. Item sumptus, absumere.*
Balas. *Rependere.*
Balayar. *Velificare. Descendit à* layar. *idest. Velum.*
Balic. *Aliquid vertere.* Babalic *corpus suũ, vel seipsum vertere.*
Balio, *vel* sida-sida. *Euiratus, castratus.*
Baliòng. *Securis.*
Balisa. *Inquietus, siue respectu morbi, siue cogitationum, quæ quietem alicui expellunt.*
Balou làki-làki. *Viduus.*
Balou-parampouan. *Vidua.*
Balouda. *Saliuam, vel sputum exspuere.*
Bamoucol. *Euellere capillos.*
Banjac. *Multum. Item valde.*
Banjà càli. *Sæpe, vel frequenter.*
Banjac-djenis. *Multifarius.*
Banca. *Turgidus. tumidus .vide etiam bàra.*
Bangat. *Festinanter.* Berbangat. *Festinare.*
Bangon. *Expergisci. Item surgere quando quis decubuit.*
Bangsal. *Horreum, vel granariũ. Flandricus textus dicit tectum sine parietibus ad aliquid extra pluuiam & contra solis ardorem defendendum.*
Bandàri. *Oeconomus, quæstor, expenditor.*
Bankey. *Cadauer, vel hominis, vel bestiæ.*
Bankit. *Exprobrare. Item resurgere & surgere, denotat.*
Bansi. *Fistula.*
Bantal. *Puluinar.*
Bantang. *Mensam instruere.*

Bante. *Bestiam iugulare.*
Banting. *In terram proÿcere,*
Bantoc. *Subsidium, auxilium militare.*
Bastji. *contemnere.*
Bapelò. *Sudabundus.*
Bappa. *Pater.*
Bàra. *Carbones accensi. Item denotat quod* banca, *turgidus. Item* bara *denotat scalmo insidere, ne nauis in vnam partem nimium proclinet, vel ne omnino inuertatur.*
Baragga, *vel*, boulongo *Compedes, pedicæ. Item compedire.*
Barbea. *Exequias defuncti instruere, & sumptus necessarios pendere.*
Baranda. *Contignatio, vel solarium.*
Barang. *Vnicus. Est præterea in vsu pro omnigeno. Nam* barang-barang djouga, *denotat aliquos tantùm, nihilominus omnigenos etiam exprimit.* barang barang *aliquid. Illud etiam exprimimus pro omnigenis bonis mobilibus.*
Bàrang-cali. *Aliquando.* barang appa, *aliquid.*
Bàrangbagimanna. *Aliquo modo.*
Bàrangsiappa. *Aliquis.*
Bàrang djènis. *Omnis generis.*
Bàrat. *Grauis. Dicitur etiam* dia orang souda hati barat pada beta. *Haud bene mihi afficiuntur.*
Baràppa. *Quot? Dicitur etiam* barappa lamma, *Quam diu?* Barappa dian, *quam longè, &c.*
Bàrat. *Occidens.*
Barcàs. *Fascis ex ligno, vel stramine simul colligatus, nam sarcina vocatur* boucos.
Barcàt. *Bene valere, prosperitas.*
Baring. *Procumbere planè, quasi ad quiescendum.*
Baris. *Puncta, & signa quibus in idiomate Arabico vtimur pro vocalibus.*
Barong-barong. *Tuguriolum, casula.*
Barou. *Nouus.* barou lepas. *breui, propediem.* Barou sacali ini dia boat itou, *primæ sunt vices, quibus hoc agit.*
Basongut. *De duobus dicitur murmurantibus.*
Bassacan. *Madefacere.*
Basalan. *Non omnino vestitus, prout quis domi suæ incedit.*
Basancal. *Negare.*
Basisir. *Pectere,* sisir, *est pecten.*
Basiol. *Fistula canere.*
Bassa. *Madidus, vel humor. Item lingua, vel idioma, vnde dicitur* babassa-han *relatio, sermo, oratio.*
Basso. *Lauare.*
Babassòhan. *Quod quis habet ad lauan-*

lauandum.

Bartion. *Leue propugnaculum*.

Batalòc. *Genuflectere*.

Bàtang. *Baculus, stipes, fustis*. batang-tanga. *Gradus, vel climacter scalæ. Item nodi qui sunt in ramis*.

Batàrou. *Certare pignore. Vide* tarou.

Bateria, *vel simpliciter*, teria, *clamare, screare*.

Bàtoe. *Tussire*.

Bàtou. *Lapis*. batou songho, *cærulea silex*. batou gassa, *coticula*. batou brani, *vel* batou padoman, *magnes*.

Batsja. *Legere*.

Batsjerita. *Sermones, relationes, narrationes*.

Bat-sjombo. *Adulterare, mœchari*.

Bau. *Odor, qui alicui rei inest, & redolet*. babau. *odorẽ emittere*.

Bava. *Ferre*. de baua, *deorsum*. ca baua, *versus inferiorem partẽ*

Bawang-mèra. *Cæpa*.

Bawang-pouti. *Allium*.

Bebec. *Auis*.

Beassa. *Assuetum esse*.

Becatta-catta: *Vel* codoc. *rana instar miluij*.

Badayong. *Remigare*.

Bedjina. *Scortari*.

Bedil. *Tormentum bellicum*.

Bediri. *Stare, erectum stare*.

Bedioudji. *Ludere aleis, & duplicare*.

Bedjàlan. *Ire*.

Begrà. *Seipsum mouere*.

Beer-begitou. *Id sic faciat*.

Belà. *Findere, secare, tabella, fissus. Item seipsum findit*.

Belàbor. *Lytrum eduliorum, & simile quid*.

Belanga. *Patella*.

Belè. *Glomerare*.

Bèlo. *Stipes, fustis, quasi sudes, palus, vel longurius*.

Belòm. *vel* boulom. *Nedum*,

Benang. *Filum*.

Benang-radia. *Iris*.

Benàr. *Verus, veridicus*.

Bèndang. *Ager*.

Bèndar. *Emporium*.

Bengha. *Apostema*.

Benjàwa-njawa. *Anhelare*.

Bèra. *Aluum exonerare*.

Berànac. *Filios parere*.

Ber-halla. *Idolum*.

Bericot. *Persequi*.

Berinda. *Curare*.

Berisso. *Bassus*.

Berlecàs. *Præcipitare, deproperare*.

Bermayin. *Ludere, vel seipsum recreare*.

Bermas. *Aurare, deaurare*.

Bermouca, *vel* batsjombo *adulterare*.

Bernàng. *Natare*. bernang-acan ba-

barang-barang. *natando quid penes se habere.*
Bernamma. *Nominare, vel cognominari.*
Beròle. *Consequi.*
Beròndor. *Retrocedere.*
Berperac. *Argentare.*
Beroucor. *Demetiri.*
Beroutan djàlan. *Errare in silua.*
Berroupa. *Depingere.*
Bersalla. *Fallere.*
Bertamou. *Occurrere.*
Bertàcot. *Anxium esse.*
Bertima. *Oblinere stanno, plumbare.*
Besar. *Magnus, grandis.*
Bèssi. *Ferrum.*
Bèta. *Ego. In respondendo applicatur pro ita.*
Batellor, *vel* tellor. *Balbutire.*
Betis-càki *Medulla tibiæ, cruris.*
Bètina. *Femina.*
Betùl. *Rectus.*
Betùl-acan. *Rectum efficere.*
Bia. *Conchæ, limaces, & quidquid similia putamina inhabitat.*
Biàng. *Obstetrix.*
Bibir. *Labia.*
Bidji. *Semen.*
Bidji matta. *Pupula, pupilla.*
Bidji-ròti. *Medulla panis.*
Bila. *Momentum, spatium.* appa bila. *Quando.*
Bil'ng. *Dinumerare. Item referre, narrare.*
Bilàlang. *Locusta.*
Bilas. *Inordinare, confundere mobilia.*
Bilic. *Cubiculum.*
Bilis. *Huc, & illuc ad garriendum, & maledicendum discurrere.*
Bimbang-hati. *Animo fluctuare.*
Binàssa. *Vitiare, deformare.* binassahan. *Corruptio, vitiatio.*
Binàtang. *Bestia.*
Bincàron. *fortè Vexilli, vel signi nautici genus.*
Binco. *Obliquus, transuersus.*
Bingis. *Iracundus, seuerus.*
Bini. *Cõiux.* beta pounja bìni. *mea vxor.*
Bintang. *Stella.*
Bintsji. *Odisse.*
Biràhi. *Suprema lætitia. Hinc dicitur* biràhi surga *cælestis iucunditas.*
Birou. *Cæruleus.*
Bisa. *Venenosum, virulentum, & instar veneni cum aqua mixti, ita vt nihil appareat.* Oupas *est virus instar vnctionis.* cris wrangan. *est* cris *veneno infectum.*
Bisey. *Pulcher, decorus.*
Bisic-bisic. *Aliquem auscultare.*
Bisol. *Vlcus.*
Bisou. *Mutus.*
Bitsjara. *Consultare, consilium inire.*

Blirang. *Sulphur.*
Bli. *Emere.*
Boa. *Fructus.* boa-cayou, *fructus arborum.*
Boa-bidji. *Seminis fructus.*
Boàya. *Crocodilum.*
Boa peler. *Testiculi.*
Boang. *Abijcere. Item dicitur* boang bini. *Vxorem reijcere.* boang dara, *secare venā.* boang derri negri. *in exilium mittere.*
Boat. *Facere, vel agere.*
Berboàtan. *Factum.*
Boba. *Papula, pustulæ.*
Bobo. *Fundere vinum; vel quid aliud infundere.*
Bodoc. *Homo rudis, hebes, plumbeus.*
Bohòn. *Nugari, tricari.*
Boy. *Spuma.*
Boya-boya, *vel* ayongan. *Cunæ.*
Bocyong. *Olla minor, quam tapayan sit.*
Bòle. *Nosse, posse. Item acquirere, reperire.*
Bolelò barang barang. *Bona confundere, & omnino inuertere.*
Bolango, *vel* baragga. *Compedes.*
Bomba. *Organum pneumaticum quo aqua hauritur.*
Bombangan. *Capitium domus.*
Boncos. *Fascia, sarcina, fascis.*
Boncosacan. *Sarcinare, obuoluere.*
Bonga. *Flos.*
Babonga. *Florere.*
Bonga-palla. *Flos myristicus.*
Bonga-api. *Scintilla.*
Bonso. *Minimus natu.*
Bountar. *Rotundus, instar pomi, vel mali.*
Bonting. *Grauidus, fœtus.*
Boritan. *Posterior pars nauis, puppis.*
Botor. *Tonsilla, glandula.*
Botsjoc. *Hians, stillans, perfluens.*
Boubor. *Puls, pulmentum.*
Bouboút. *Tornare sedilia.*
Boudac. *Iuuenis, vel puella.*
Boudi. *Ingenium, solertia. Hinc dicitur.* boudi trang, *vel* boudi calam. *Item* boudi-besar. *Dicitur etiam* boat boudi pada orang. *Homines decipere & circumuenire.* boudi, *Alicuius indolē, vel inclinationem denotat. Hinc descendit* baic-boudi, adil-bouli. &c.
Boudjàng. *Innuptus.*
Boudjoc. *Adulari, assentari,*
Boudjor. *Trans longum.* boudioracan, *ponunt, vel ferunt trans longum.*
Bouca. *Aperire, vsus etiam manifestare admisit.* terbouca, *vel* tabouca, *Apertus.*
Boucan. *Non sic.*
Boulan. *Luna.* boulan pournàmmo.

mo. *Luna plena*.

Boulat. *Rotundus instar pessuli. Item* boulat. *quid non esse omnino fractum, vel lacerum denotat*.

Bouli. *Lagena rhodiaca*.

Boulo. *Arundo*.

Boulou-domba. *Lana*.

Boulou-bourong. *Pluma qualiscumque auis*.

Boulòm, *vel* belòm, *Nedum*.

Boumi. *Tellus, terra*.

Bounji. *Clangor, fragor, sonus*.

Bounou. *Occidere*. bounou damar *lumen extinguere*.

Boukit, *vel* gounong. *Mons, vel collis*.

Bouroc. *Putrefactus, putidus*.

Bourong. *Auis*, bourong diwata *Auis paradisea*. bourong merac. *Pauo*.

Bourou. *Agere, agitare, videlicet, armentum*.

Bousoc. *Fœtere, malè olere*.

Bouta-matta, *vel* matta bouta *Cæcus*.

Brani. *Audax*.

Bras. *Oriza contusa*.

Bralla. *vel* berhalla. *Idolum*.

Brenti. *Quiescere*.

Brising. *Sternutare*.

Bri, *Dare*. bri tau. *Denuntiare*.

Brita. *Nuntius, Fama*. britacan barang-barang. *Nuntium de aliquo adferre, vel quid manifestare*.

C

CA *denotat, Vel. v. g.* ini ca itou, *hoc, vel illud. Item motum localem exprimit, v. g.* ca-atas. *Sursum*. ca baua, *deorsum*. ca-sanna, *istorsum*. camare, *horsum*. ca louwar, *extrinsecus*. ca dalam, *introrsum &c*.

Cabal. *Impenetrabilis iaculo*.

Cabesaran. *Valde potens, vel omnipotens*.

Cabos. *Nebula, bruma*.

Caca. *Frater, vel soror, senior*.

Cacàl. *Tempus æternum, & tam præterito, quàm futuro applicatur*. sampei ca-cacàl, & derri pada cacàl. &c.

Cacou. *Durus, asper. Item stupidus, obtusus, hebes*.

Cadato. *Palatium, aula. Est Tarnaticum*.

Cader, *vel* cadir. *Simul, prorsus*.

Cadengàran. *Audiri*.

Cadjang. *Mensura in genere*.

Cafea. *Pileus. v. g. nocturnus, trapezanus*.

Caya. *Diues*.

Caybana. *vel* gaybana. *Miser, ærumnosus. Item dicitur* dia tinghal, caybana. *In tali versatur statu, vt quid de seipso fieri debeat, omninò nesciat.*

Cayil. *Hamus.*

Cayin. *Linteum.* cayin-layar. *cannabacca tela.*

Cayit. *Fimbria lintei.*

Cayou. *Lignum.*

Cayou-manis. *Casia, cinnamum.*

Caki. *Pes.*

Caki-dien. *Candelabrum.*

Cala. *Amittere ludendo, vel certando.*

Càlam. *Penna, vel caulis.*

Calangàr. *Animo deficere.*

Calincappan. *Classis naualis.*

Calla. *Tempus, vel momentum, quo quid fit.* calla dia datang. *quãdo venit.* calla calla dunja binassa, *quãdo mũdus peribit. Hinc vsurpatur* tatcalla, mannacalla, sedecalla, *&c.*

Calla calla. *Quandocunque.*

Calmàrin. *Heri.*

Calmàrin-daulou. *Nudiustertius.*

Calou. *Si ita contingat.*

Calouwar. *Extrinsecus. Item exire, vel prodire.*

Calouwar-àcan. *Efficere, vt prodeat.*

Ca-mare. *Huc, horsum*

Cambing. *Hædus-*

Cambiri. *Spado.*

Camistan. *Malluuium, peluis.*

Campon. *Coniunctio, vel conuentus. Hinc viciniæ, & paruæ loca,* campon *etiam appellantur.*

Canam. *Dexter, videlicet*, tangan canam. *Manus dextra.*

Cancang. *Grallare, vel passum facere. Item* cancang *dicitur si quando conchæ, vel ostrea laxè hiant:*

Candà. *Amica*, bacanda. *Scortari.*

Candàti. *Placitum.*

Candong. *In sacculo, crumena, præcinctorio, quid ferre, vel in quocumque, obuolutum. Item si quando exprimere volumus mulierem tanto esse tempore grauidam, vtimur verbo* candong.

Cansor. *Gibbosus.*

Cantsjing. *Nodus.* bercantsjing *nodare, veluti thoracem. &c.*

Capa. *Stragulum.*

Capalla. *Caput.*

Capas. *Gossipium.*

Capor. *Calx.*

Capòran. *Capsa calcaria.*

Cappal. *Nauis.*

Carang. *Coralium.*

Caràtan. *vel* tay-bessi. *ærugo.*

Carban. *Bubalus.*

Cardja. *Operari, laborare.*

Carna. *Quia. v.g. ob hanc rationem.*
Carna-appa. *Quare.*
Carna itou. *Ideo.*
Carna dia. *Ob illius voluntatem.*
Carong, *vel* cadout *saccus.*
Carouwan. *Item quod* catauan. *Id quod quis rescivit.*
Cartas. *Charta, papyrus.*
Cassar. *Spissus.*
Casanna. *Istorsum.*
Cassie. *Amor.* bercassie, *amare.* *Itẽ.* cassie, *fauor quo aliquem prosequimur. Vnde loquendi modi deriuant.* minta-cassie, & trima-cassie.
Cassien, *vel* miskyn, *pauper.* cassien. *o, hei, cheu. Item dicitur* radia boat cassien pada dia. *magna ipsum Rex ærumna afficit.*
Castouri. *Muscus.*
Catta, bercatta. *vel* catta-catta *loqui.*
Caram. *Cancer, carabus.*
Catil. *Lectus.*
Catoudiou. *Adamare aliquem. Item dicitur* hati catoudjou doudoc de sanna. *Ibi babitare exopto.* Oubat itou catoudjou dengan penjakit itou, *medicamen morbo conuenit.*
Catsja. *Vitrum.*
Catsjac. *Manualis, ad quecunque aptus.*
Catsjang. *Pisa, vel fabæ.*
Caous. *Calceus.* caous sa-paris. *Par calceorum.*
Cawassa. *vel (vt ali qui proferunt)* coassa. *Potestas.*
Cawat. *Filum cupreum.*
Cawin. *Coniugium, matrimonium.* bacawin. *Coniugio iungere.* cawin-acan. *Simul tradere.*
Cauwoul. *Fœdus, pactum.*
Clam. *Obscurus, tenebrosus.*
Coa. *Condimentum, vel liquamen.*
Coàli. *Patella.*
Coassa. *Potestas.*
Coat. *Fortis.*
Codoc. *vel.* becatta-catta, *Rana.*
Coco-ayam. *Glocitatio gallinarum, vel cantus gallorum.*
Cadjout. *Terrere.*
Colam. *Fossa. Item lacuna.*
Coliling. *Circumcirca.*
Combalà. *Pastor.*
Combàli. *Redire.* combali-acan, *reddere.* combàli-caya, *iterum ditari.* combali-idop, *denuo reuiuiscere. Dicitur etiam* baua combali, *referre.*
Cominnjan. *Tbus.*
Commedien. *Post, vel postea.*
Commor-commor. *Gargarizare, vel os abluere.*
Commoùdi. *Nauis gubernaculũ.*

Com-

Compol. *Cumulus. Item coadunatio.*
Coning. *Rufus.*
Contout. *Crepitus ventris.*
Contsji. *Sera, claustrum.*
Corang. *Minus.*
Corap. *Impetigo.*
Corous. *Macer.*
Cota, *vel* Catta. *Castrum, firmitas, mœnia, vel fossæ.*
Cotàli. *Instare, perseuerauter quid postulare.*
Cotica. *Momentū, tempus, spatiū.*
Cotsjiua. *Ignominia aliquem afficere.*
Coubon. *Hortus.*
Coubour. *Sepulchrum.*
Coucon. *Vngues.*
Coucor, *vel* bourong coucor. *Turtur.*
Coucour. *Radere radula.*
Coucouran. *Radula.*
Coucouroubou. *Grunnire.*
Couda. *Pars.*
Coudis. *Scabiosus, scabies.*
Coudon tangan. *Amputare manum.*
Coulat-coulat. *Spongia.*
Coulit. *Pellis hominum vel bestiarum. Item cortex arborum. Dicitur etiam* coulit teloor, *oui testa, vel putamen, &c.*
Coulouli. *Chalybs.*
Counjit. *Crocus.*
Counang-counang. *Musca hispanica.*
Coupas. *Decorticare.*
Courong. *Cauerna, Antrum. Specus. Hinc dicitur.* doudoc bacourong dalam rouma. *domi continuò sedere.*
Coutoc. *Infortunium, vel imprecatio, est Moluccanum.*
Couton. *Pediculus.*
Coutsjing. *Felis.* coutsjingtingalong. *Cibeta.*
Coutsjoàli. *Solùm, tantùm, dumtaxat.*
Cra. *vel* mea. *Cercopithecus.*
Cras. *Fortis, durus.*
Crat. *vel* caràt. *Secare, scindere.* crat poutous. *Amputare, abscindere.*
Cring. *Siccus.*
Crongcongan. *Iugulus.*
Crousi; *vel* cursi. *Sedes.*

D

Dada. *Pectus.*
Daen. *vel* lagi. *Et, ac.*
Dagang. *Peregrinus mercator.*
Dagangan. *Mercatura.*
Daging. *Caro.*
Dagou. *Mentum.*
Daya. *Frons. Item patientiam denotat.*

Dayang. *Honoraria, & nobilis pedissequa.*
Dayong. *Remus.*
Dalam. *Intus. Item profundum denotat.*
Damar. *Lumen quod accenditur.*
Damar-lilling. *Cereus.*
Damar-minjac. *Lampas.*
Damar-batou. *Colophonium, vel liquor quo tibicines chordas, vel fides perfricant.*
Dammey. *Induciæ, pax.* bedammey-acan. *aliquos pacificare.*
Dangan. *vel* dengan, *Cum.* dengan-appa? *cum quo?*
Dapat. *Nosse, parare, acquirere. Item reperire.*
Dapor. *Culina.* joure-dapor. *archimagirus.*
Dara. *Sanguis.*
Darat. *Terra.*
Datang. *Venire.*
Dati. *Contributio, vectigal, vel qualecumque simile ius.*
Datsjim. *vel* tradjou. *Trutina, statera.*
Daulat. *Felicitas, prosperitas, benedictio.*
Daulou. *Primò, olim.*
Dawar. *Testa focaria.*
Dawat. *vel* manxi. *Atramentum.*
Dawon. *Folium.*
De. *Aliquid in loco esse denotat. v.g.* de sini. *hic.* de sanna. *ibi.* de sitou, *Illic.* de atas, *Supra.* de baua, *Infra.* de louwar, *Extra.* de dalam *Intus.* de outan, *in silua.* de belaccan, *Retrò.*
Decat. *Prope. circa.*
Delapan. *Octo,* delapan poulo. *Octoginta.*
Delapan-djenis. *Octo modis.*
Delapan cali. *Octies.*
Delima. *Malus punica.* boade lima. *Malum punicum.*
Demàm. *Febris.*
Denda. *Mulcta.*
Dengan. *vel* dangan. *Cum.*
Dengàn, *Cum hoc accentu, Seruus, vel serua, mancipium.*
Dengar. *Audire. Item exaudire.*
Depà. *Vlna.*
Derri. *De, v. g. de loco aliquo. Item quando dicitur de re aliqua loqui.*
Derri-louwar. *Foris. vel exterius.*
Dermà. *Eleemosyna.*
Dia. *Ipse, vel ipsa.* dia ini, *hic.* dia itou, *iste.*
Djabat. *Tangere.*
Djadjar. *Equus ephippiarius.* doudoc-bedja djar. *insidere equo ephippiario.*
Djagga. *Vigilantem esse.*
Djagga-djagga. *Vigilare.*
Djahat. *Malus, peruersus.*
Djahil. *Immodestia, intemperantia.*

tia. Item obstinatus, pertinax.

Djahit. *Suere.*

Djahittan. *Opus consutile.*

Djala. *Funda, vel rete iactile.* mendjàla. *Piscari funda.*

Djalac, *vel* gongong. *Latratus canum.*

Djalàm mendjalàm. *Immergere se aquis. Item* djilam.

Djàlan. *Semita, via.* bedjalan *ire.* bedjalan-acan bouda. *vnà cum puero ambulatum ire.* djalanrayat. *via règia.*

Djaloudjor. *Fasciare.*

Diam, *vel* diem. *Taeere, quiescere.*

Djam. *Hora.*

Djama. *Culex.*

Djaman. *Senectus, senex.*

Djaman-mouda. *Iuuenta.*

Djambàtang. *Pons.*

Djambing. *Lancea, vel hasta breuior.*

Djambol. *Crista.*

Djamoc, *vel* djama. *Culex.*

Djamor. *Boletus, fungus.*

Djandji. *Promittere. Item concordare, contrahere,* djandjìhan *vel* berdjandjìhan *promissum. Item assensio, contractus.*

Djanghot. *Barba.*

Djankit. *Dicitur quotiescumque morbus, vel qualiscumque defectus aliquem arripit. morbo tamen, non personæ coniungitur. v. g.* demàm djankit pada radja, *febri rex detinetur.*

Djantan. *Mascula bestia.* babbi tida mau bedjantan; *sus verri non colludit.*

Djoumauwa. *Præsumere, & arrogantē esse, veluti seipsum alteri præponere, vel arripere locum sibi non conuenientem.*

Djantong. *Cor. Dicitur etiam* diantong pissang, *de flore Bonannes, vnde racemus prodit.*

Dingin. *Frigidus. Dicitur etiam.* dia hati dingin, *remisit ab ardore animi.* dingin *præterea applicatur si quando potum refrigerasse, vel leniter frigefactū dicimus.*

Djari-manis. *Anisum.*

Djari-tanghan. *Digitus.*

Djari-caki. *Digitus pedis.*

Djaring. *Nectere. contexere veluti retia.*

Djarong. *Acus.*

Djatim. *Orphanus.*

Djatou. *Cadere.*

Djau. *Taurus.*

Dien. *Cerasum.*

Djenis. *Qualitas, species, modus.* banja-djenis *multifarius.*

Djentan. *Vide.* djantan.

Djerat. *Laqueus.*

Djerni. *Clarus, instar aquæ, vel speculi.*

Diga-

Digagay. *Vim facere.*
Djibat. *Cibeta, ciueta.*
Djicalòu. *Quod si.*
Djilàm. *vide* djalam.
Djilap. *Lingere lingua.*
Djimat. *Seruare; vti cibus, qui superest, vel superat, seruatur.*
Dimikièn. *Eiusmodi, istiusmodi.*
Djina. *Mansuetus, placidus.*
Djineal. *Palmus maior.*
Djintang. *Cuminum.*
Djintit. *Talitrum. Quidam* plitie *dicunt.*
Djiua. *Anima.*
Dinding. *Paries* dinding-batou, *paries, vel murus.*
Dingin. *Frigidus.*
Djodo. *Qui alicui assimilat, veluti* djodo dengan djodo, *similis cum simili.*
Djoudji, badioudij. *Ludere aleis, & duplicare.*
Djomou. *In aliquo defatigari, vel alicuius tedere.*
Djompot. *Alicui ad introducendum, vel gratulandum obuiam ire.*
Djoudong. *In capite aliquid gestare, veluti corbem.* djoudjongan, *Quidquid in capite quis gestat,* djoudjong. *Dicitur etiā quando quis suum* somba *Regi exhibet, & manus supra caput attollit.*
Djouga. *Quid sic esse denotat. Itē solum.*
Djouling. *Oculis limis videre.*
Djoumor. *Ventilare, exponere soli, vel aeri.*
Djouwa, *vel* djoumawa. *Superbia.*
Diri. *Postponitur* kendiri, *&* sendiri. *v.g.* kendiri diri, *id est, Omnino solus. Item Tu.*
Djouwal. *Vendere. Quando dicitur* dia diouwal beta, *id est, ipse me prodit.*
Djoudjalang. *Omnigenæ merces.*
Distar. *Pileus turcicus.*
Doa, berdoa, *vel* minta-doa. *Orare.*
Dodesso. *Laqueus capturæ auium inseruiens, est Tarnaticum, valde tamen est in vsu.*
Dòman, *vel* padòmon. *Circinus.*
Domba. *Ouis.*
Dosa *Delictum, peccatum.*
Douca. *Tristitia.*
Doucom. *Aliquem ferre.*
Doudoc. *Sedere. Item habitare.*
Doulang. *Plana lignea scutella.*
Douràca. *Malignus, peruersus, prauus.*
Douri. *Spina. Item ariste piscium, vel assula, & quid simile.*
Douson. *Hortus, & sepes.*
Dousta, berdousta. *Mentiri.*
Doustàhan. *Mendacium.* Pandousta. *Mendax.*
Dras. *Fortis, v.g.* angin-dras, *ven-*

Ventus validus. ayer-dras. *rapidè aqua decurrens*.

Dua. *Duo*.

E

ECor. *Cauda*.

Eling. *Obseruare, vigilare, prospicere, &c. Dicitur etiam* eling-capalla. *Capiti tuo ne attingatur caueas*.

Embos. *Follis*.

Empous. *Ager*.

Entsjè. *Dominus. Item domina*.

F

FAcàt. *Conclusio, senatus-consultum*.

Fadiar. *Aurora*.

Fadouli. *Asserere, tutari, alicui bene facere. Dicitur etiam* fadouli maccànnan, *commeatum prouidere. Item* appan ongco fadouli itou? *quid te huic immiscès?*

Fael. *Natura, indoles alicuius*.

Fakiri. *Pudens, pauper, mendicus*.

G

GAbar. *Nuntius*.

Gade. *Pignus*.

Gadja. *Elephas*. gadja-mina *vel*

Dua paulo. *Viginti*.

Dua-cali. *Bis*.

Dunja. *Mundus, Orbis terrarum*.

E

Esa. *Difficultas respirandi quâ qui laborat anhelus dicitur. Id Moluccè dicitur* mangy.

Essoc, *vel* issoc. *Cras*. essonja *vel* issonja, *die sequenti. Dicitur etiam* essonja sapoulo hari. *post decem dies*.

Estcadat. *Modus, exercitium, ceremoniæ, ritus*.

F

Farac̃t. *Distinctio, differentia*.

Farafodjou. *Cochlea*.

Fassourou. *Seruire Deo, veluti dictio* calayani. *Alicuius hominis seruum denotat*.

Farmang. *Gratia Dei, quâ homo quid facere potest*.

Fatinà. *Odium, obloquium*.

Fikir. *Putare, æstimare, arbitrari. Item cogitare*.

G

paus-paus. *Cete, balena*.

Gadjng. *Ebur*.

Gagab. bergagab. *Balbutire*.

Gaha. *Grunnitus, & screationes gutturis.*

Galàp, *vel* glap. *Item* clam. *Obscur us tenebrosus.*

Galàng, *vel* glàng. *Armillæ. brachialia.*

Galla, g egalla. *Pix.*

Gali, *vel* gàle tanna. *Fodere.*

Gallaſſi. *Nauta, nauiculator.*

Galouga. *Color.*

Gampang. *Acquirere v. g. illud quid furaretur, ſi poſſet nanciſci. Item dicitur* cayou adda gampang de ſanna. *Lignum facile ibi eſt acquiſitu.*

Ganda. *Lucrum, commodum, quæſtus, profectus.*

Ganga. *Oſcitare.* ta-ganga *oſcitando.*

Ganghou. *Tumultuans: qui non poteſt quieſcere.* tàngan ganghou, *qui manibus nō poteſt quieſcere. Sic,* moulout ganghou.

Gànti. *Eſſe, vel venire in locum alterius.*

Gantong. *Pendere:* gantougan; *patibulum.*

Garàm. *Sal.*

Garing. *Torrere, aſſare.*

Garou. *Cancer. carabus.*

Gaſa. *Vlna.*

Gaſſa, *vel* batou-ga ſſa. *Coticula.*

Gaſſing. *Trochus.*

Gatal. *Purrire.*

Gegalla galla. *Pix, pix liquida.*

Geger. *Tumultuari, blaterare. Item ſeditionem denotat.*

Gelar. *Dignitas, qua quis condecoratur.*

Gendrang. *Tympanula longiora, quæ ab vtraque in Iaua pulſantur parte.*

Gidal. *Digitabulum.*

Ghigi. *Dentes.* ghigit, *vel* berghigit; *mordere* ghigit-poutous, *demordere.*

Ghila. *Stultus, inſanus, ſimplex.* ghilabingis, *vel* ghila ghila-baſſa; *furioſus, phreneticus.*

Gili. *Titillare.*

Giling. *Atterere ſupra lapidem, vti colores fricantur, vulgariter Italicè, macinare.*

Gindi. *Poculum, cantharus,*

Gingam. *Colaphus, pugnus.*

Ginta. *Campana, nola, vel tintinnabulum.*

Gintas. *Auellere, decerpere.*

Gjrgadij. *Serra.*

Gly. *Aliquid auerſari. differt à* bincsjl.

Glang. *Armillæ, brachialia.*

Gnap. *Ad amuſſim, neque minus, neque plus. Item plenè.*

Gnaco. *Polliceri, profiteri. Item ſeipſum pro aliquo erogare.*

Gnadap, mengadap. *Apparere ante faciem alicuius.*

Gnappa, *vel* mengappa. *Meretur laborem, & operam.*

Gnate-gnate. *Inaures.*
Godòng. *Apotheca mercium.*
Gogelo. *Aliquem ludicro habere.*
Gomatàr. *Tremere.*
Goyang-goyang. *Quatere*; *vacillare*; *vel circumagere.*
Gomoc. *Pinguis*, *pinguedo potius.*
Gompa-boumi. *Terræ motus.*
Gondic. *Concubina*, *pellex.*
Gongong, *vel* dialac. *Latratus canum.*
Gonosso. *Cortex, veteris calappæ idest*, *nucis indicæ maximæ.*
Gonting. *Forfex.* bergonting *detondere.*
Gontor. *Tonitru.*
Goosoc. *Terere*, *fricare*, *acuere.*
Gossong. *Planus*, *non accliuis.*
Gorap. *Triremis, vel nauis actuaria.*
Gordi. *Terebra.* bergordi, *perforare*, *terebrare.*
Gorgor. *Strepere*, *crepitare.*
Gorinda. *Cos rotalis. Cos gyratilis.*

Gotsjoc. *Se inuicem amplexari*, *huc illuc circumagere*, *torquere.*
Gougor. *Cespitare*, *titubare.*
Gouling. *Voluere*, *uolutare per terram.*
Goulir. *Voluere.*
Goulong. *Circumcurrere instar rhombi. Item circumuoluere*, *vti bolosericum*, & *sicuti aliæ materiæ similes obuoluuntur*, *Rotam præterea denotat.*
Gouna. *Hoc modo vtimur.* Itou adda gouna besar. *Magni refert.* tida bergouna. *Non est vllius momenti. aliqui* bergouna *vtuntur pro opus esse*, *vel opus habere.*
Gounong. *vel* boukit. *Mons, vel collis.*
Gourou. *Præceptor. Item* gourou, bergourou *est iocari*, *vel nugas agere.*
Gousar. *Iracundus*, *exasperatus*

H

Habar. *Obedire*, & *obsequi.*
Hac. *Id quod cuique iure debetur respectu mensuræ*, *ponderis*, &c.
Hacayat. *Referre narrare. Item historia*, *vel ipsamet narratio.*
Hadir. *Paratus*, *veluti cibos apparare.* &c.
Hadij. *Studere. Item legere*, *vel recitare. Communius tamen dicitur* meng hadji.
Haib. *Malè aliquem alloqui*, & *verbis aliquem confundere.*
Haybat. *Extremè tumultuari*, *vel gesti-*

gesticulare.

Hayal. *Potus, vel ebrius ex liquore ibi appellato* amphion, *Herba S. Crucis, seu Tabaco vulgò, &c.*

Hal-miskyn, *Pauper.* Hal *quod quid agatur vel rei statum denotat, veluti* begimanna adda hal de Ambon. *Res quomodo se habent Ambonicæ.*

Haywan. *Quadrupes.*

Halal. *Quando ad bona refertur, ea denotat ad aliquē iustè pertinere. De cibis autem vbi fit mētio eosdem mundos esse denotat.*

Halalsjada. *Legitimus puer.*

Halia. *Zimgiber.*

Hanja. *Sed.*

Harcat. *Omnia parare, aptare, & instruere. Parum ab* hadir *differt.*

Hari. *Dies. v g. Vnus, duo, &c. dies; nam ad distinctionem noctis dicitur* seang, *vel* siang.

Hari-kiamat. *Dies iudicij.*

Hari-baic. *Dies festus.*

Hari sadja. *Dies Profestus.*

Hari-besàr. *Festum solemne.*

Hari-raya. *Vocantur festa solemniora quæ Mori annuatim celebrant. Item* raya *denotat plateam vel viam regiam.*

Haram. *Quando ad bona refertur, denotat aliquem non legitimè illa possidere, quia sunt bona iniusta. De cibis autem vbi sumitur tunc eosdem immundos esse significat. Item* haram *generaliter omne immundum & profanum, iuxta Hebræorum, & Mororum legem exprimit. Item pro diris vsurpatur. v.g.* Deos bri haram banja pada &c.

Haram-sjada. *Illegitimus. Item nequam.*

Harga. *Æstimatio.* itou berharga banja. *Multum valet.*

Haribiron. *Tumultuationem, & strepitum excitare, quando dicitur alicui tumultum exhiberi, tunc eidem vim inferri denotat.*

Haros. *Fas, iure, iustè.* Haros dia matti, *mortis reus.*

Harta. *Bona mobilia, quæ quis possidet.*

Hat. *Solum, iustè. Item spatium, momentum. Hinc* sahat & sasahat, *descendit.*

Hati. *Cor, vel potius animus.* Hati-roussac, *irrequieto, & impacato esse animo* hati-samma, *concors.*

Hela. *Trahere.*

Hela ginta. *Campanam sonare.*

Heraen. *Mirari.*

Herbab. *Barbytus.*

Hilir-songey. *flumen descendere.*

Hodjat. *Obtrectatio, calumniatio.*

Horgay. *Extraneus.*

Hormat. *Honor.* bri-hormat, *hono-*

honorare, vel honore affice-re.

I A. *In duabus syllabis. Ita, denotat, sed pro ciuili responsione minimè æstimatur. Item blandientis vel precantis est vox, denotans vulgariter Italicè, Di gratia, latinè fortè, sodes v.g.* ia tuan, ia bappa *&c.*

Iabattan. *Munus. Officium.*

Iadi. *Fieri.*

Iang. *Qui si quando simpliciter dicitur* iang besar, *significat magnum.*

Iangan: *est dictio probibentis, v.g.* iangan catta, *ne loquaris* jangan dia-peghi -ca sana, *ne permittas illum discedere. Vtimur etiam hoc modo,* jangan beta panghil dia tida datang, *nisi ipsum vocauero, non venit.*

Iblis. *Diabolus.*

Ibou. *Mater.* ibou-bappa, *maiores præsertim mater, & pater. Molucci ante Patrem, matrem nominant.*

Ibor. *Leuamen, solamen.*

Ibou-tangan. *Pollex.*

Ibou-caki. *Magnus sonus, tenor.*

Ical. *Crispare. v.g.* rambot-ical, *capilli crispi.*

Ican. *Piscis.*

Houcom. *Litigare. iudicare, punire.*

I

Icat. *Ligare.*

Icat-pingan. *Cinctus, zona, cingulum.*

Icot. *Sequi.*

Idjou. *Viridis.*

Idong. *Nasus.* idong matsjong, *nasus altus,* idong-tsjepper, *nasus planus.*

Idop. *Viuere* matta-hari nai, *vel* idop de sanna, *sol ibi prodit.*

Ilang. *Perdere.*

Inda, berinda. *Curam habere, æstimare.*

Indong. *Mater.*

Ingat, beringat. *Recordari, reminisci.*

Inger. *vel* Inger-bangar. *Tumultum, vel clamorem excitare.*

Inging. *Desiderare, vel exspectare summopere.*

Ingos. *Mucus.* beringos, *mucosus.*

Inja. *Super aliquid gradi, vel incedere.*

Ini. *Hic, vel hæc* ini-ia, *hic, hæc, vel hoc est.*

Intang. *Adamas.*

Inte, menginte. *Alicuius verba auscultare, vel excipere.*

Ioure. *vide.* Iure.

Ipar-laki. *Affinis*.
Ipar-parampouan. *Affinis, glos*.
Iriati. *Inuidere*.
Iris. *Scindere*. Iris-poutous, *abscindere*.
Irop. *Sorbere*. iris-abis, *exsorbere*,
Irot. *Curuus*.
Isalâm. *Moricè, mahumisticè, vel turcicè*.
Isap. *Sugere, inducere, inglutire*.
Isi. *Quod alicui inest* tida berisi, *est vacuum*. isi-cawin, *dos*. *Dicitur etiā* dia-orang jadi isi narca, *ad infernum descendūnt*. isi-acan, *implere, vel infundere*. isi-prot, *intestina*.
Ismou. *Venenum, quod pedetentim aliquem torquet, & tandem è medio tollit*. ratsjun, *occidit celeriter. & breuiter*.
Issoc. *Vide* essoc.
Istri. *Vxor*.
Itam. *Niger, fuscus*.
Itic, *vel* bebec. *Anas*.
Itou, itoulà. *Hoc, vel illud*. *Hoc vel illud est*. itoula, *pro* carna itou *etiam vsurpatur*.
Iure. *Hoc modo exprimitur is cuius curæ aliquid est commissum v.g.* Iure-dapor, *archimagirus*. Iure-moudi, *qui praest puppi, vel gubernaculo, idest nauclerus*. jure pintou, *Ianitor*. Iure bassa. *interpres. & sic de ceteris*.

K

Kedang, *vel* coudali. *Frænum*.
Keladei. *Asinus*.
Kenà. *Attingere*.
Kenàl. *Nosse*.
Kendiri. *vel* sendiri. *Solus*.
Kilat. *Fulgur*.
Kilim. *Rotunda ora consuta*.
Kikir. *Auarus*.
Kikir-sangat. *Valde auarus*.
Kikis. *Radula*.
Kimpou. *Faber ferrarius, & additur in qua materia laboret. v.g.* Kimpou-mas, Kimpou-perac, Kimpou-bessi &c.
Kinjang. *Satur, saturatus*.
Kintsjing, *vel* boang ayer-seny. *Mingere*.
Kipas. *Flabellum*.
Kira-kira. *Propriè computare denotat: sed conijcere, arbitrari, suspicari, similiaque verba frequenter exprimit*.
Kiri. *Sinister. Vel latus sinistrum*.
Kirim. *Aliquid mittere*.
Kiriman. *id quod mittitur*.
Kissol. *Contrahi*.
Kita. *Ego*.

Kit-

Kita-òrang. *Nos*.
Kitab. *Liber*.
Kitsjap-matta. *Oculos aperire, & claudere*.
Kitsjil. *Paruus*.
Kitsjil-hati. *Pusillanimis*.
Kitta. *Sponda, cubile*.
Kning. *Supercilia*.

L

LAbba, balabba. *Quæstum, vel lucrum facere*,
Labo. *Anchora. Item Pepo*, ber-labo, *figere anchoram*.
Lacàs. *Celer, properanter*.
Lacou. *Egregius*. itou lacou pada itou *hoc egregiè præeminet*. *Quādo dicitur* dagangan ini tida lacou de sanna *tunc denotat mercaturam tali loco non expeti*.
Lada. *Piper*.
Ladjou. *Celer*.
Lagi. *Plus*, lagi, *vel* laan. *Etiam, & Cum, significat*.
Laya. *Hoc modo exprimimus* itou tida laya pada beta. *Id non est meum*, *v. g. tales deferre vestes non est meum*.
Lain. *Alius*.
Lain-djenis. *Alio modo*.
Lain-cali. *Iterum*.
Layar. *Velum*.
Laki-laki. *Vir*.
Laki-kita. *Meus maritus*.
Lalat. *Musca*.
Lalou. *Cedere, diuertere*. dia lalou. *is pertrāsijt*. lalou tenga hari, *post prandium. Successionem, & ordinem rerum præterea denotat*.
Lalayàni. *Seruire, vel obsequium præstare homini, ad distinctionem* fassouro, *idest Deo seruire*.
Lambat. *Tardus, lentus, tardè, serò*.
Lambong. *Latus hominis*.
Lamma. *Longo tempore*. lamma-lammanja, *Valde diu durās*. *Quando dicitur*. rouma lamma, *vel* orang lamma, *tunc domum illustrem, vel maiores, hominesque ab antiquo denotat*.
Lamon. *Quod si*.
Lanca. *Calcare*.
Lancap. *Perficere, complere*.
Langhar. *Ad ripam appellere*.
Langit. *Aerem & visibiles cælos denotat. Item conuexitatem, concamerationem, testudinem, quæ alicui imponitur exprimit*.
Lante. *Pauimentum, area, &c.*
Lapar. *Fames*.
Lapis. *Duplex*.
Larangan. *Custodire, asseruare, ne quid sub alicuius conspectum,*

ctum deueniat.

Làri. *Currere, fugere, aufugere*.

Lascar-laki-laki. *Seruus, mancipium*. lascar-parampouan, *serua*.

Latsjop. *Curtus, & breuis*.

Laout. *Mare*.

Lawa-lawa. *Aranea*.

Lawan, menlawan. *Pugnare, certare, oppugnare*.

Lebar. *Latus, laxus*.

Lebè. *Morus sacrificulus*. lebe. *Plus etiam significat*. lebe derri sapoulo, *plusquam decem*. *Dicitur præterea* dia maulebè derri cami. *Se nobis præponit*.

Lecàt. *Hærere, adhærere. Item*, dia orang hati lecat pada beta. *Cor à me abstrahere nequeunt*.

Leher. *Guttur, iugulum*.

Leher-gingang. *Collum longum*.

Lelà. *Defatigatus*.

Lelong. *Vendere in domo mortuaria, vel plus offerenti*.

Lemac. *Seuum, sebum*.

Lemas, *vel* matti-lemas. *Demergere*.

Lembou. *Taurus, vel vacca*.

Lepas. *Præteritus, depositus. Itē solutus, liber*. lepas-acan, *liberare. Item ab aliquo exonerare & vacuare*.

Lesong. *Mortarium*.

Lete-lete. *Garrulus, linguax*.

Liat. *Videre*.

Lida. *Lingua*.

Lilling. *Cera*.

Lima. *Quinque*.

Lima-poulo. *Quinquaginta*.

Limbing, *vel* tombac. *Lancea. Hasta*.

Limon-besar. *Citreum malum*.

Limon-nipis. *Rotunda, & acria mala Hesperia*,

Limon-manis. *Malum aureum*.

Limpar. *vel* lontar. *Iacere, iactare*.

Lindir. *Densari veluti amylon, puls, &c. id quod bulliendo condensatur*.

Lindong. *Aestiua, vmbraculum*.

Lingan. *Brachia* lingan-lingan. *vel* malingan. *Brachia circumagere, vel circumuoluere*.

Lenjap. *Euanescere*.

Linou. *Occatorius*.

Lior. *Saliua, pituita*.

Lipat. *Complicare, veluti linteum, telam, vel simile quid*.

Litsjing. *Politus, planus*.

Loco-loco. *In vulgus promiscuè sparsa rapere*.

Lode. *Lorica castrorum, sepimentum muri*.

Loléo. *Fundus, vel locus anchorarius, in quo quis à ventis defenditur*.

Lomba-lomba. *Thynnus, piscis notis-*

notissimus, *vulgò Tonno*, *vel Tonnina*. *Aliqui* ican-babbi *dicunt*.

Lombot. *Suauis*, *leuis*, *mollis*, *remissus*, *flaccidus*.

Lompat. *Salire*, *Saltare*,

Lompo. *Paralysis*.

Lompor. *Lutum*, *cænum*, *limus*.

Longhar. *Amplus*, *spatiosus*, *laxus*. *Loco non applicatur*, *nam illi connectitur* louwas.

Lontout. *Genu*.

Loubang. *Foramen*.

Louca. *Vulnus*.

Louda, *vel* ayer-louda. *Sputum*.

Loukis. *Depingere*, *acu pingere*. *Item figuras*, *& picturas super tela*, *& vestibus conficere*.

Loupa. *Obliuisci*.

Loussa. *Perendie*. toula *tertia post die*.

Loussanja. *Duobus post diebus*.

Louwar, delouwa. *Extra*. calouwar, *extrinsecus*.

Louwas. *Amplus*, *spatiosus*. *Loco solummodò adiungitur*.

M

MA. *Mater*.

Maboc. *Temulentus*.

Macca. *Et*, *ideo*.

Maccan. *Edere*. *Dicitur etiam* pissau itou tida maccan baic. *Iste cultellus non bene scindit*. *Item* tsjaranna maccan, *scabies suppurat*. *Item* saratos maccan sapoulo *centum reddit decem*.

Maccànnan. *Cibus*.

Macarofo. *Luctari*.

Macocacà. *Tentare*, *adlaborare*, *aggredi*, *quisque pro certamine adnititur*.

Madidi. *Bullire*, *feruere*.

Madjelis. *Bellus*, *scitus*, *comptus*, *venustus*.

Madou. *Loqui vel dicere inter se inuicem fæminas*, *vni viro coniunctas*.

Mahera. *Quid speciale ex vno ligno exfectum*. *v. g. scapha*, *phaselus*, *acatium*, *vel simile quid*.

Mahàl. *Carus*. *Item*, *quod vix*, *vel difficile haberi potest*.

Mayin, bermayin. *Seipsum recreare*, *ludere*.

Mayong. *Fortè pini flos*.

Make, memake. *Increpare*, *obiurgare*.

Makin lamma makin djahat: *quò diutius*, *eò peior*.

Malam. *Nox*.

Malam-malam. *Noctu*.

Malàs, *vel* ſagàng. *Piger*, *tardus*.

Malille. *Fluere*, *effluere*.

Màlim. *Nauclerus*. *Item dux*, *apſis*.

Malingan. *Circumagere brachia*.

Malin-tang. *Obliquus*.

Malou. *Ignominia*, *pudor*. *Item verecundari*.

Mama. *Mandere cibum*. *Item patruum*, *& amitam ſignificat*, *veluti*, mama-laki-laki, *patruus*. mama-parampouan, *amita*.

Mamoor. *Multùm*, *abundanter*, *copiosè*.

Manna, *Vbi*. de manna, *Qua*. ca manna, *quorſum*. manna ìtou dapat. *quomodo poteſt eſſe*. *Item* orang manna, *quis populus?* piſſan manna? *quis cultor? Itẽ* jang manna, *qui &c. Rebus*, *non autem perſonis adiungitur*. manna calla, *quãdo*.

Mangì. *Difficultas reſpirandi*, *qua qui laborat*, *vocatur anhelus*.

Manco. *Portulaca*.

Manis. *Dulcis*. maniſſan, *dulces cupediæ*, *delitiæ popinales*.

Mandi. *Corpus ſuum abluere*.

Manuſia. *Homo*.

Manta. *Recens*, *crudus*.

Maout. *Mors*.

Mara, *vel* amara. *Valde rixari*, *iracundus*. *Item iracundia*.

Maradjou. *Muſſitando incedere*.

